



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 102. Cæsar de parta victoria per nuncios certior factus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A.C. 1525.

§. CII.

Cæsar de parta victoria per nuncios certior factus.

Ant. de Vera Altera post Papioense prælium die An-
hijt de Char- tonius Caracciolus Piscarii Marchio-
ies V. p. 101. nis Nepos per Genuensem ditionem ad
103. Cæsarem decernebatur, omniq[ue], qua-
posset celeritate iter suum perficere ju-
bebatur, nec minus eodem tempore Pa-
nelozza Equestris Ordinis Commenda-
tor Regiis publicæ fidei literis munitus
per Franciam mittebatur, ut sacram
Cæsaream Majestatem de tota rei gestæ
serie penitus edoceret. Faustum hoc
partæ victoriæ nuncium accepit Caro-
lus Imperator Madriti, ubi tum agebat,
ac Infantem Catharinam Sororem suam,
quæ proxime Joanni Lusitaniae Regi nu-
beret, valere jubebat. Evidem lætitia,
quam ob tantos triumphos conceperat,
abs dubio summa fuit, quam tamen a-
deo modeste suppressibat, ut adversam
capti Galliarum Regis vicem dolere vi-
deretur, simulque festivos ignes accen-
di prohiberet, illisque, qui ejusmodi
festivitates institui petebant, reponeret,
nonnisi ob victories de infidelibus par-
tas triumphos esse ducendos.

§. CIII.